

















1. Krenbergk, Christian: De acquirendo rerum dominio.  
1627.
2. Krenbergk, Christian: De furtis eorumque poena.  
1627.
3. Krenbergk, Christian: De emphyteusi. 1627.
4. Reusner, Barth.: De renunciacionibus. 1627.
5. Reusner, Feremias: De testamentis infirmis, 1627.
6. Reusner, Feremias: Quaestiones seu controversiae  
aliquot feudales. 1627.
7. Schmidt, Erasmus: Oratio ... Baldo Meisneri  
... memoriae habita. 1627.
8. Schultze, Georg: De pecuniae debitae obligatione  
tam ruda quam solenni. 1627.
9. Carpzov, Konr.: De contractu et distractu spon-  
saliorum. 1627.
10. Carpzov, Konr.: Disputatio Juridica ad l. Transige.  
18. l. de Transactionibus. 1628.
11. Krenbergk, Christ.: Disputatio Juridica ad tit.  
ult. Inst. de publicis judiciis. 1628.
12. Krenbergk, Christ.: De ... quatuor delictis pri-  
vatis, furto, rapina, Turbatio legis Aquiliae et  
iniuria. 1628.



13. Krenbergk, Christian: De interdictis. 1628.
14. Reusner, Ferencius: De tutela et cura. 1628. <sup>1628.</sup>
15. <sup>Renter</sup> Reuther, Gottfr.: De traditione. 1628.
16. Schultze, Chrys.: Decas I. positionum ex  
tit. 1. 2 et 3. part. 1. Synopsis judic.: publice  
praelectae desumptarum. 1628.
17. <sup>Weller</sup> Carpzov, Konrad: Quando et in quibus causis <sup>1628.</sup>  
nobismet ipsis iudicare et aliorum  
maleficia sine iudice propria auctoritate  
vindicare possimus. 1629.
18. Carpzov, Konrad: De supplicationibus pro extra-  
lendis processibus. 1629.
19. Carpzov, Konrad: De fructibus. 1629.
20. Grosse, Henning: Quaestionum juris decas IX.  
Ad tit. 1. 2. 3. 4. et 5. lib. 4. Inst. 1629.
21. Grosse, Henning: Quaestionum juris decas VII. Ad tit.  
14. seqq. usq. ad tit. 23. lib. 3. Inst. excl. 1629.
22. Grosse, Henning: Quaestionum juris decas IV. Ad tit.  
7. 8. 9. lib. 2. Inst. 1629.
23. Grosse, Henning: Quaestionum juris decas VIII. Ad  
tit. 23. et seqq. usq. ad finem lib. 3. Inst. 1629.



24. Reusner, Ferminus: De Simonia. 1629.
25. Sperling, Johannes: Theoria Physica monstrorum.  
1629.
26. Carpzov, Christian: De jure connectu dimerio.  
1630.
27. Carpzov, Konrad: De probationibus. 1630
28. Carpzov, Konrad: De testibus 1630.
29. Grosse, Henning: De servitutibus personarum  
1630.
30. Grosse, Henning: De donationibus. 1630.
31. Grosse, Matthaeus: De societate conjugali.  
1630.
32. Krembergk, Christian: De juramento minui-  
lionis. 1630.
33. Krembergk, Christian: Positiones aliquot  
juridicae. 1630
34. Krembergk, Christian: De servitutibus  
praediorum, tam urbanorum, tum rusticorum.  
1630.
35. Krembergk, Christian: De hereditatibus, quae  
ab intestato deferuntur. 1630
36. Krembergk, Christian: De tutelis. 1630
37. Krembergk, Christian: De juramento calumniae.  
1630.
38. Lederer, Michael: De feloniam 1630.



39. Leupoldt, Adam: De testamentis. 1630  
40. Renner, Gottfr.: ... Disputationem ...  
ad celeberrimam et famosam practicam L. diffamari  
1630  
5 P. De ingenio manumissis proponit Chr. Wack.  
41. Schultze, Georg: De proterbationibus. 1630.  
42. Tambmann, Christ: Auctoritatum juridicarum  
de praesentia E. K. & S. 1630.



DISPUTATIO JURÍDICA

De

ALENDIS LIBERIS,

Quam

SACROSANCTI NUMINIS AFFLATU,

Decreto & Auctoritate

AMPLISSIMI ICTORUM ORDINIS,

In inclutâ ad Albim Academiaâ

SUB PRÆSIDIO

Viri Clarissimi & Consultissimi

Dn. HENNINGI GROSII

Witteberg. J. U. D. Promotoris & ad finis sui  
ætatem observandi.

Publicè

discutiendam proponit

M. JOHANNES BLUM WITTEB.

Ad d. 7. August. in Auditor. Ictorum  
boris matutin.



WITTEBERGÆ

Ex officina Typographica Johannis Gormanni.

ANNO M. DC. XXIV.

P. 244

P. A. 272

Pr. 31. num. 29.

1627


17











**D**ilia alimentorum materia uberrima  
 & copiosissima, unicâ disputatione includi vix  
 commodè poterit, itaq; hac vice intra termi-  
 nos alimentorum à patre liberis debitorum  
 nos continebimus, discussuri. I. Quo iure pa-  
 ter adstringatur ad alendos liberos. II. Qui liberi sint alendi.  
 III. Quid alimentorum nomine ijs sit præstandum. IV. Quo  
 remedio pater ad alimenta præstanda compellatur. V. Ex qui-  
 bus causis eadem justè denegentur.

T H E S I S I.

**N**aturæ munus est, alimenta ijs, quæ procreavit, præbe-  
 re. Itaq; quodcunq; nascitur, ex eo unde nascitur ali-  
 mentum ei relinquitur, secundum Aristotelem (a) Hinc  
 rectè J C T I, ut & Imperator, Liberos educationem,  
 eorundem procreationi subjungunt (b) & tam illam  
 quàm hanc ad Jus naturale (c) referunt.

(a) *Lib. 1. Polit. c. 9.* Immane ergo, & ipsi naturæ contrarium veterum  
 Romanorum, ut & aliorum populorum institutum fuit, ut liberos sangui-  
 nolentos sive recens natos exponere, aut abjicere liceret. *Arg. t. C. de Infant.*  
*expos.* quod non tam ex ignorantia, quàm perversitate, istum naturæ instin-  
 ctum in injustitia quodam modo captivum detinente promanavit. *Hottom,*  
*ad pr. verb. hinc liberorum procreatio, Inst. de J. N. G. & C. Mart. Coler. de A-*  
*liment. L. 1. c. 2. n. 6.* (b) Finis enim procreationis filij est, ut debita nu-  
 tritione ad perfectionem tum corporis tum animi perducatur; quod sine  
 educatione fieri non potest. Ergo educatio ejusdem juris erit, & quasi se-  
 quela procreationis. *Sotus. L. 4. sent. distinct. 29. q. 1. art. 1. Cordub. de Lara.*  
*ad l. si quis à liberis. §. parens. n. 9. ff. de Agnosc. & alend. liber. Johan. Gars.*  
*de Expens. & melior. c. 3. n. 3.* (c) Et quidem primævum cujus peritiam, vide-  
 mus cætera animalia, feras etiam bestias censeri, *pr. Inst. de J. N. G. & C. l. 1.*  
*§. jus naturale. ff. de J. & J. Hottom. d. loc. Connan. L. 1. Comm. c. 4. n. 6.*

II.

Ex quo apparet, alimenta non ex Juris Civili dispo-  
 sitio-



litione & neque ex quali contractu, sed iure naturali  
liberis deberi. c.

(a) Uti voluit Accurs. ad pr. verb. *Educatio Inst. de J. N. G. & C.* huncq;  
secuti Joh. Fab. Angel. Aldobrand. & alij plures relati ab Anton. Cordub. de  
Lara ad d. l. si quis. §. parens. ff. de agnosc. & alend. lib. n. 3. quibus etiam ac-  
cedit Schneidvv. ad pr. l. de J. N. G. & C. n. 10. ubi educationem quoad in-  
stinctum solum, quo pater ad alendos liberos movetur, juris naturalis; ne-  
cessitatem vero alendi juris Civilis esse affirmat arg. t. t. ff. de agnosc. & alend.  
lib. t. t. C. de alend. lib. Alberic. in l. i. §. jus naturale. n. 2. ff. de J. & J. ulte-  
rius progreditur dicens: cum affectui educandi liberos non tantum addita  
sit necessitas, sed in multis etiam veluti in filijs spurijis. Auth. ex complexu C.  
de Incest. Nupt. itemq; ingratiss, Lex Civilis, juri naturæ detrahat, ideo hodiè  
liberorum educationem Juris Civilis esse. Vid. Vasquium de success. tom. i. §.  
20. n. 301. (b) Quæ sententia fuit Claudii de Battand. in tract. de Legitim.  
c. 8. n. 7. qui putavit nativitate inter patrem & filium, ratione alimentorum  
quasi contrahi, ob juris dispositionem, & ex eo præsumtam voluntatem &  
consensum; sed reclamatur effectus. Ex omnibus enim quasi contractibus  
oritur actio ordinaria arg. t. t. l. de Oblig. quæ ex quasi contract. Inter patrem &  
& filium nulla datur actio nomine alimentorum, sed petuntur eadem offi-  
cio judicis ut infr. (c) l. per. l. non solum. §. s. ipsum autem filium in pr. &  
versic. cum enim C. de bon. quæ liber. 2. Ex quo jure obligatio descendit,  
ex eodem quoq; necessitas alendi descendere intelligitur arg. pr. l. de Oblig.  
Obligatio vero, quæ pater adstringitur filium alere ex jure naturali descen-  
dit l. d. l. §. jus naturale. ff. de J. & J. pr. J. de J. N. G. & C. Ergo & necessitas  
alendi ex eodem jure erit. 3. Quia obstitit mera Civilis ratio, quæ licet  
ac judicium Civile inter patrem & filium consistere non permittit. l. 4. de  
Judic. & causa omnis hujus obligationis est ratio pietatis. l. i. pr. ff. de Ob-  
lig. par. & patr. præst. l. 4. in fin. C. de Patr. potest. quæ ad jus naturale refer-  
tur. l. 2. ff. de J. & J. Nec obstat, quod officium judicis, quo filius in judi-  
cio adversus patrem experitur, & alimenta poscit, à jure Civili profluat.  
Resp. enim, per hoc remedium jus Civile novam necessitatem præstandi ali-  
menta patri non imponit, sed quæ jam adstrictus est naturali jure, eam sal-  
tem exequitur. Et licet illi quoque alendos liberos imperent. l. f. §. s. C. de  
bon. quæ liber. non ideo tamen obligatio Civilis redditur, sed juri naturæ  
quasi suppetitæ feruntur & effectus accommodantur. Hillig. in not. ad c. 4.  
L. 12. Donell. Enucl. lit. A. Atque hujus sententiæ autorem Joh. Andre. in Ad-  
dit. ad Specul. t. qui sint legitimi. n. 13. laudat & sequitur Ant. Cordub. de Lar.  
in Comm. ad l. si quis. §. parens. n. 7. ff. de Agnosc. & alend. lib. Johan. Baptist.  
Pontan. tr. de Aliment. c. 1. n. 4. Francisc. Vivius in Sylva Commun. Opin.  
L. 1. Opin. 45. n. 1. Petr. Surd. Tract. de Alim. tit. 1. q. 1. n. 1. & seqq. Mart. Co-  
ler. L. 1. de Alim. c. 2. n. 4. & seqq.

### III.

Et consequenter neque constitutione principis  
neq;



test, ne à patre ..

mentum accesserit. d

(a) Quamvis enim quicquid principi placuit, legis habeat vigorem. l. 1. ff. de Constit. princ. tamen principis sanctio non solum possibilis, sed & honesta esse debet, aliàs vim legis non habet, quando principi placet, quod Deo non placet, Bl. in l. 1. n. 5. vers. ff. de Const. princ. Petr. Surd. d. tr. de alim. t. 1. q. 1. n. 11. (b) Statutum enim & consuetudo contra jus naturale non valent. Dd. in c. cum tanto. de Consuet. & in l. omnes populi. ff. de J. & J. Joh. Bapt. Pont. de alim. c. 2. n. 3. & 4. Ascari. Clement. tr. de Patr. pot. c. 6. Effect. 17. n. 11. Ioh. Petr. Surd. de alim. t. 1. q. 1. n. 5. 6. & 7. Gail. l. 2. Obs. 122. n. 14. Trentacinq. L. 1. t. de alim. Resol. 2. n. 15. Diss. Dec. in l. iura sanguinis. n. 2. de R. J. Hinc eo casu, ubi vigore statuti vel consuetudinis feuda ad solum primogenitum deferuntur exclusis cæteris filijs, etiamsi consuetudo vel statutum aliter nihil exprimat, alimenta exclusis fratribus decernuntur. Hartm. Pistor. part. 2. q. 37. n. 3. Et cum dos alimentorum instar esse soleat, fit ut alijs bonis hereditarijs nõ exstantibus, filia ex feudo, non à fratre solum, sed à quovis agnato, ad quem feudum devolvitur, quin etiam à domino ipso, feudo sibi aperto, dotem accipiant Hartm. Pistor. d. loc. Quamvis enim statutum vel consuetudo à successione aliquem excludere possit, quo minus tamen eidem alimenta iuræ naturæ debita præstentur, efficere non potest. (c) 1. Quia pactum contra jus naturale non valet. l. jus agnationis. ff. de pact. 2. Quia valet argumentum à statuto ad pactum negative Everhard. in Top. loc. 120. n. f. Ludovic. Bologn. Conf. 11. Col. 2. & 7. Petr. Surd. t. 1. q. 1. n. 8. & 9. Franc. Vivius. L. 1. Opin. 45. n. 7. (d) 1. Quia Impossibile nullum est obligatio. l. impossibile. de R. J. Bl. & Salicet. in l. 1. C. de Inoff. donat. At hujus juramenti observatio impossibilis est, si enim istud in extremâ famis necessitate constitutus, observare veller, seipsum necaret. l. necare. de agnosc. & alend. lib. quod non est in ipsius potestate arg. l. liber homo. ff. ad L. Aquil. 2. Quia juramentum non debet esse vinculum iniquitatis. c. 1. de Jurej. in 6. 3. Quia tale juramentum non habet tres illos comites, veritatem, iudicium & justitiam, & proinde non valet. c. etsi Christus. extra. de Jurejur. Quam opinionem veram, & tam in iudicando, quam in consulendo tenendam dicit Joh. Guter. in c. quibus vers. Omnino servari debet. n. 5. eamq; sequuntur Mart. Coler. de alim. L. 2. c. 12. n. 6. Ascari. Clem. de P. P. c. 6. Eff. 17. n. 19. Diss. Joh. Bapt. Pont. de alim. c. 6. n. 4. cum ibid. alleg. & suam opinionem communem asserit approbatam à Dominis de Rota. per c. cum contingat. de Jurejur. Sed d. c. loquitur de juramento verò & possibili, quale hoc de quo agimus non est, cum destituatur suis comitibus, & de jure sit impossibile arg. l. filius. 15. ff. de cond. insti.

#### IV.

Alendi autem sunt regulariter 1. liberi naturales

A. 3.

&



...moratum,  
An eum qui bona alimentorum  
causa sibi assignata dilapidavit? g An bannitum, h excom-  
municatum vel per sententiam ob hæresin damnatum i  
pater alere debet?

(a) Exceptiones enim infra subjiciemus. Itaq; quæcunq; jam de alen-  
dis liberis dicimus, ita intellecta volumus, dum modo non justa causa denegandi alimenta accedat. (b) Quamvis pater adhuc litiget cum illis sintne ipsius filii nec ne, modo sint in quasi possessione filiationis, vel aliud quid modicum pro eis faciat, super quo, iudex primùm debet summarie cognoscere. *l. si quis s. si vel parens. 8. de agn. & al. lib. 1. si neget. ff. Eod. t. Coler. L. 1. c. 2. n. 68. & c. 14. n. 52. Joh. Bapt. Pont. c. 13. n. 5. Cordub. de Lar. ad s. si vel parens. n. 34.* (c) Dis. quoad adultos Connan, L. 11. Comm. c. 6. n. 7. Ferhand. Vasquius de success. tom. 1. § 20. n. 311. 1. per c. jus naturale, dist. 1. in verb. puerorum. 2. Quia bestias videmus foetus suos adultos negligere. 3. per *l. si quis. s. sed si filius. ff. de agn. & alend. lib.* Quibus & alijs respondet Coler. L. 1. c. 8. n. 40. & seq. (d) Quamvis enim maritus lucretur fructus dotis ab uxore sibi allata. *l. dotis fructus. ff. de jur. dot. & prionde possit habere unde se alat,* (quæ ratio Alcan. Clem. in c. 6. Effect. 17. n. 21. in f. in contrarium movit) tamen quia ususfructus bonorum ad ventitiorum atq; ad rerum dotalium non filio sed patri acquiritur. *l. si filia. l. 2. in f. C. de bon. quæ lib. 2.* Insuper quoq; filius emancipatus, vel de Jur. Sax. à patre separatus, dotem non semper tam amplam recipit, quæ toti familiæ alendæ sufficiat, & licet primùm acceperit, varijs calamitatibus, incendio, naufragio, hostium incurfionibus, ad summam egestatem redigi potest, naturalis ratio suadet, ut pater hujusmodi filio egenti alimenta non denegat. Coler. d. c. 2. n. 29. & seqq. Ampliatur hoc ut pater teneatur etiam uxorem filii alere & ejusdem liberos. *l. 20. s. hoc amplius. ff. famil. Erisc. l. dotem. 6. ff. de Collat. bonor. Franc. Viv. L. 1. opin. 45. n. 9. Cordub. de Lara ad d. l. si quis s. non tantum. n. 42. & 43. Coler. d. c. 2. n. 29. cum plurimis ibidem aggregatis.* An autem hoc procedat, quando filius uxorem sine consensu patris duxit? A nemini negari ait Coler. d. c. 2. n. 32. quantum ad ipsum filium attinet: sed an pater etiam nurui contra ipsius voluntatem inductæ debeat præstare alimenta scrupulo non caret. Et negativè consuluerunt celebres aliquot Jæti interq; hos Socinus, cujus tamen rationibus sufficienter respondet Crotus in *l. si constante Lect. 2. q. ult. n. 160. ff. solut. matrim.* Et sane regulæ tam diu standum est, donec probetur exceptio. Quod de filio diximus in filia quoque obtinet, dummodo plane aliunde non habeat, unde se alat, vel non alia justè alimenta denegandi causa accedat. (e) Civilis enim ratio naturalia jura corrumpere non potest. *l. 8. ff. de Capit. min.* (f) Pater filium pietatem sibi debitam non agnoscentem jure patriæ potestatis casti-



castigare potest, ac rariore remedio usurus, si in pari contumacia perseveraverit, eumq; praesidi provinciae oblaturus, dicturo sententiam, quam pater dicit quoq; voluerit, inquit Alex. in l. 5. C. de P. P. Permittitur ergo patri privata autoritate filium modice castigare jure patris potestatis. Sed cum haec potestas magis in pietate, quam atrocitate consistere debeat, l. Divus, 5. in f. Ad L. Pomp. de parricid. non videtur eò extendi posse, ut sub specie paternae castigationis alimenta omnino denegare pater filio immorigero possit. 1. Quia necare videtur, qui alimenta denegat. l. necare de agnos. & al. lib. At patri non licet necare filium, t. t. C. de his qui par. vel lib. 2. Quia filius non obediens jussui paterno in ultima voluntate, non perdit legitimam. Auth. Hoc amplius. C. de fideicom. Nov. 1. c. 1. §. 1. Legitima verò citius auferatur quam alimenta, cum alimenta debeantur Jure Naturali primavo. §. 1. J. de J. N. G. & C. & supr. th. 1. lit. C. legitima verò Jure Gentium l. cum ratio. 7. pr. ff. de bon. damn. Coler. L. 2. c. 9. n. 4. & jussiones ultimarum voluntatum longè sunt favorabiliores quam quae fiunt à vivis l. 1. C. de S. S. Eccles. 3. Parentes quoq; non sunt omnino extra culpam, qui liberos à teneris unguiculis ad obedientiam non statim assuefecerunt, sed nimia indulgentia corruerunt. arg. c. licet Heli. extra. de Simon. Diss. Caccialup. in l. frater à fratre. q. 30. n. 108. in f. ff. de Condit. indeb. Marc. Mant. sing. 683. (g) Petr. Surd. de alim. t. 7. q. 5. post. Bl. in Aut. contra cum rogatus. n. 8. C. ad. Treb. Franc. Viv. L. 1. Op. 45. n. 8. Fern. Vasq. L. 1. Illustr. contr. c. 31. n. 14. Bapt. Pont. de alim. c. 2. n. 5. Menoch. de Arbitr. jud. Quest. L. 2. Cas. 182. n. 55. distinguunt an dolo vel lata culpa filius ea bona consumserit, an verò aliquo infortunio vel levi culpa. Primo casu negant filium alendum, Secundo verò respondent pro filio. Aliter Claudius de Battandier in tr. de Legit. c. 8. n. 21. filio prodigo alimenta praestare teneri patrem vivum, non etiam ipsius heredem. Eam tamen sententiam, quod filius qui alimentorum causa sibi assignata consumsit, sive dolo sive culpa hoc fecerit, alendus sit à patre veriore magisq; tenendam esse censet Brunonus à Sole Quast. leg. 50. n. 20. Coler. de Alim. L. 1. c. 2. n. 22. & seqq. 1. Quia filius patrem dolosum, l. Imperator. 50. ff. ad Sctum Treb. Imò contemptorem LL. & impium alere tenetur. Nov. 12. c. 2. Ergò multò magis pater filium prodigum; cum potentior & fortior sit obligatio, qua patrem astringit onere alendi filij, quam quae filium jubet alere patrem. Latè Cordub. de Lar. ad pr. l. si quis n. 5. & seqq. 2. Quia filius non potest expressè ne quidem cum juramento alimentis renunciare, ut supra, ostendimus. Ergò multò minus tacitè, dolosè dissipando alimentorum nomine sibi assignata. 3. Facit huc exemplum patris illius, filium prodigum recipientis. Luc. 15. Neq; filio opponi potest, quod indignus sit legis beneficio, qui contra legis nititur voluntatem l. si fidejussor. in pr. ff. Qui satis d. cog. Nam regula ista iuris, loquitur de beneficio Civili ut d. l. si fidejussor; alimenta autem debentur beneficio juris naturalis, contra quod dissipando bona filius non commisit, cum dominiorum distinctio, non à J. N. sed demum J. G. secundario processerit. Poterit tamen pater dolosam illam dilapidationem filii aliis remediis coercere secundum l. 3. C. de P. P.

(b) Ita



(h) Ita ferè omnes statuunt Hippol. de Marfil. in Pract. crimin. §. aggressi-  
 or. n. 103. & in tr. de bannit. Verb. Exsules n. 6. Pontan. de alim. c. 2. n. 15 Ce-  
 phal. Conf. 494. n. 3. & 4. Petr. Duenn. in reg. 68. lim. 10. Gomef. §. superest. n.  
 31. J. de Alt. & plures alij alleg. à Petr. Surd. de Alim. t. 1. q. 3. & Coler. L. 1.  
 c. 2. n. 17. 1. Quia bannitus retinet omnia ea quæ sunt juris naturalis & gen-  
 tium l. sunt quidam 17. in f. ff. de pœn. 2. arg. l. mutus. 73. d. manente ff. de  
 Jur. dot. c. 2. N. 12. 3. Quia ex obligationes, quæ naturalem præstationem  
 habere intelliguntur, capitis deminutio non pereunt. l. eas. 8. de Cap. min.  
 4. Quia alimentorum debitum in factò potius, quàm in jure consistit, pro-  
 indeq; capitis deminutione non perit. l. 9. ff. de cap. min. Hinc pater filium  
 ad se recipiens pœnâ ordinariâ receptatorum non tenetur. l. 2. ff. de Recept.  
 Andr. Gail. de pac. publ. L. 2. c. 10. n. 19. Menoch. L. 2. de A. J. Q. Cas. 348.  
 n. 9. Quæ tamen ita intelligenda sunt, dummodo filius non sit bannitus,  
 quia ad patriam delendam venisset, l. minimè legendum. ff. de relig. & sumt.  
 fun. Patriæ enim plus debemus quàm parentibus. l. veluti. de J. & J. l. 1. §. &  
 generaliter. 15. ff. de ventr. in possess. mitt. Obst. pr. t. de pace. tenend. 2. F. 27.  
 ad quod varias respons. refert & refutat Surd. d. loc. tandemq; cogitandum  
 relinquit. (i) Quamvis negativam pluribus rationibus non improbabili-  
 ter defendat Joh. Pett. Surd. de Alim. t. 7 q. 2. n. 10. post Zaf. in §. fuerat. J. de  
 Alt. n. 35. Pontan. de alim. c. 2. n. 14. tamen humanius & juri naturæ magis  
 conveniens esse videtur, ut etiam hæretico egeno & indigenti alimenta à  
 patre non denegentur. 1. Quia alimenta liberis non debentur ob religio-  
 nis sinceritatem, sed simplicem naturæ jussu ut th. 2. li. D. Natura autem  
 inter veram & hæreticam religionem distinguere nescit. Matth. 16. vers. 17.  
 Job. 1. v. 18. 2. Quia parentes hæretici à liberis sunt alendi arg. c. 2. Nob. 12.  
 3. Nec ex mala causa sperandus est bonus effectus, vel hæreticum per defec-  
 tum alimentorum compulsu iri ad pœnitentiam. Nam ex alimonia in-  
 opia non tam pietatem quàm furta & alia peccata pullulate testantur sacræ  
 literæ Proverb. 30. v. 9. Et hanc sententiam crebrius approbatam & receptam  
 esse testatur, Cord. de Lara ad l. si quis. §. et si impubes n. 8. eamq; amplectitur  
 ipse Surdus de Alim. t. 1. q. 18. n. 3. Vid. Mart. Coler. L. 1. c. 2. n. 69. qui ele-  
 ganter & prolixè hanc quæstionem tractat & argumentis Surdi respondet.

V.

2. Filij naturales tantum a etiam spurij, seu vulgo  
 quæsi, incestuosi & adulterini. b 3. Legitimi tantum si-  
 ve adoptivi. c Non privigni d, nec spirituales. e

(a) Auth. licet. C. de Natur. lib. ibi hujusmodi naturales filios pasci boni  
 viri arbitrio est necesse. c. 11. §. si quis. 4. & seqq. Nob. 89. Naturalis filius ut  
 quis propriè & strictè dicatur secundū jus Civile requiritur, 1. quod natus sit  
 ex soluto & soluta, inter quos potuit esse matrimoniū, 2. quod mulier publi-  
 cè & palàm cohabitaverit in domo, 3. quod fuerit retenta in schemate con-  
 cubinæ, 4. quod fuerit unica, 5. quod impares fuerint personæ, 6. quod talis  
 furit mulier, cum qua stuprum non fuit commissum. Largè verò & impro-  
 priè di-



priè dicitur naturalis secundum vulgarem & communem consuetudine n, cum  
 qua etiam Jus Canonicum congruit, quicunq; natus est ex soluto & soluta inter  
 quos potuit esse matrimonium *c. innotuit de Elect. c. tanta, extra. Qui filij sint  
 legit.* quæ significatio in favorabilibus præcipuè locum habet. Coler. *L. 1. c. 3. n.*  
*1. Job. Petr. Surd. t. 1. q. 9. n. 9. & seq.* quamvis diss. Cordub. de Lara *ad pr. l. si quis ff.*  
*de agn. & al. lib. n. 82.* (b) Quia pro affectu parentes magis in liberis terrentur, *l.*  
*isti quidem. 8. s. f. ff. Quod met caus.* Ideò lex Civilis ut homines ab inhonesto &  
 punibili coitu eò magis absterret, incontinentiam parentum in liberis pu-  
 nit, & ex ejusmodi complexibus procreatos, ne naturales quidem nominan-  
 dos, omnis paternæ substantiæ indignos, neq; alendos à parentibus esse voluit.  
*Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. c. 12. s. 4. & c. ult. Nov. 39. c. per venerabilem extra.*  
*Qui fil. sint legit. l. humanitatis & seq. art. licet. C. de Natur. liber.* Quamvis autem  
 hanc J. C. constitutionem nec iniquam, nec J. Can. reprobata, imò pene ap-  
 probatam esse contendat Greg. Lopez. *Animad. c. 32.* non desint quoq; ex vete-  
 ribus J&is, Canonistis etiam, quos magno numero allegat. *Surd. t. 1. q. 10. n. 1.* qui  
 statuunt spuris & ex incesto coitu procreatis alimenta præstanda non esse: Ta-  
 men æquitati Canonice & naturali magis convenire videtur affirmantium sen-  
 tentia, quam propugnant *Surd. d. loc. Coler. L. 1. c. 3. n. 1. & seqq. Paleott. de Notb.*  
*c. 17. n. 1. 1.* Quia naturalis est conjunctio, & ex ea descendens alendi necessitas  
 inter patrem & filium, natura autem nullam constituit differentiam inter legi-  
 timos & illegitimos, imò nec illam quidem cognovit. 2. Quia pœnæ suos de-  
 bent tenere autores. *l. sancimus. C. de pœnis.* Quid autè peccavit filius ex damna-  
 bili coitu procreatus, ob quod ipsi tam gravis pœna, quæ propè vitam adimat,  
 sit infligenda. Sufficiat ad terrendos parentes, quod ipsorù culpa innocens cū  
 infamiæ macula successionis emolumento privetur. Quem territionis modū  
 cum in gravissimo læsæ majestatis crimine Imp. excedendū nō esse judicant  
*l. quisquis. C. Ad L. Jul. Maj.* quidni in hoc prohibitarum nefariarumq; nuptia-  
 rum crimine, quod tam grave atq; istud non habetur non sufficiat. 3. Per *c. cum  
 haberet in f. extra. de eo qui dux. in matr. quam polluit per adult.* ibi ut uterq; liberis  
 suis secundum quod suppetunt facultates necessaria subministret. Et hanc Ju-  
 ris Canon. dispositionem servandam esse non solum in terris Pontifici Romano  
 subjectis, sed etiam in terris Imperij probatur. 1. Quia quæ inducta sunt in fa-  
 vorem miserabilium personarum, servari debent in utroque foro, sed *d. c. cum  
 haberet.* est in favorem miserabilium personarum inductum: Quid enim ho-  
 mine recens nato, qui præter fletum nihil novit, miserabilius excogitari potest.  
 Ergo. 2. Quia ubi de peccato agitur Jus Can. etiam in foro seculari valet. Atqui  
 in casu proposito omnino de peccato vitando agitur; quippe non leve pecca-  
 tum est denegare ei alimenta, hacq; ratione propè necare eum quem quis pro-  
 creaverat & ipsa natura impellente alere & fovere debebat. Ergo &c. 3. Quia  
 hanc sententiam communem esse testatur *Jas. Conf. 26. Vol. 1. n. 213.* magis com-  
 munem *Rol. à Valle Vol. 3. conf. 22. n. 31.* Eandem servari in practica propter ma-  
 gnæ æquitatem *Nevisan. in syl. Nupt. L. 3. n. 25.* etiam in harum terrarum  
 Consistoriis *Joach. à Beust de Matrim. c. 60.* (c) Quamvis hi sola Civili fictio-  
 ne, & non naturali jure sicut liberi *l. 1. pr. ff. de Adopt.* quia tamen ista fictio  
 naturam imitatur. *d. minore. J. de Adop.* ideo quemadmodum naturalis, pa-



ter liberos suos alere tenetur; ita etiam adoptivus. Adoptivi autem duobus modis fiunt: aut principali rescripto, aut imperio magistratus, priores vocantur arrogati, posteriores adoptati in specie. De illis minus dubium est, quin alendi sint ab arrogatore, quia potestati ejus subjiciuntur cum omnibus bonis, & omnino eo loco sunt, quo naturales *l. 2. in f. l. si pater. l. arrogato. ff. de Adopt.* Adeo ut jura suorum heredum consequantur, & ne per emancipationem quidem spe successionis privari possint. *S. cum autem. f. eod. Vid. VVesenb. in parat. ff. de Adopt. n. 5* quod cum non similiter contingat in adoptivo, dubium facit, an idem de illo quod de arrogato sit statuendum? Hic enim non transit in potestatem patris adoptantis, sed jure patris naturalis integro manente, in eo nihil quicquam immutatur, quam quod adoptivo patri succedat ab intestato. *S. Sed hodie. f. de Adopt.* Et si testamentum condat pater, neq; instituire neq; exheredare necesse habet. *l. cum in adoptivis to C. de Adopt. d. S. Sed ea omnia. f. de hered. qual. & differ. quæ à filio omnino sunt aliena.* Et hæc ratio movit præstantissimos Jstos, interq; hos Menoch. *L. 1. præsent. 35. n. 26* ut in negativam sententiam descenderent. Quorum autoritate motus Colerus *L. 1. c. 4. n. 2.* difficile esse ait sententiam quam quis sequatur eligere, tandem tamen affirmativè concludit cum Joh. Petr. Surd. *de Alim. t. 1. q. 2* Movetur. 1. per *l. onera ff. de Adopt.* ubi dicuntur onera ejus, qui in adoptionem datus est, ad patrem adoptivum transferri. Negari autem non potest, quin alienationis onus sit maximè principale, *l. si quis à liberis S. non tantum ff. de agn. & al. lib.* hinc passim in aliis juris locis oneris appellatione alimenta denotantur, ut in *l. 20. S. hoc amplius. ff. famil. Erisc.* ibi quia filij onera & nurus ipse agnoscere necesse habet 2. Qui aliquem ut filiū tractare debet, is eum alere tenetur. *l. 132. pr. ff. de V. O. l. si quis à liberis, ubi passim de agnosc. & al. liber.* At verò pater adoptans, debet adoptivum tractare ut filium. *arg. S. minorem f. de Adopt.* Ergo. Non obstat. *S. sed hodie. f. de adopt.* Resp. tex. illum intelligi de juribus activis quæ patri competebant contra filium, non verò de passivis, sive oneribus, quibus pater erga filium tenebatur. Præcipuè v. hoc alimentationis onus adeò annexum est ipsi filio, ut acceptando quem in filium videatur adoptans eo ipso se obligare ad alimenta præstanda. Eadem Resp. sufficit ad *S. sed ea omnia f. de hered. qual. & diff.* Neq; obstat quod pater naturalis fortiori vinculo nempe naturali ratione adstringatur ad alendum filium, quam pater adoptivus. Resp. n. hoc verum esse, quoad vinculum obligationis; Sed non quoad exigendi ordinem; quia pater naturalis præstate tenetur filio alimenta saltem in subsidium si aliter sustentare se nequeat, quod eleganti exemplo explicat Coler. *d. loc. n. 15.* Dis. Cordub. de Lara *sup. alleg. loc. (d)* Vitricus est privigno loco patris & nonnunquam affectu paterno, & donandi animo in ipsum alimenta confert, quæ propterea non repetit. *l. si paterno C. de Negot. gest. l. pen. C. de Obs. par. præst.* hinc vulgari idiomate appellatur *Stieffohn.* Quia tamè hic respectus non tam ex jure naturæ vel sanguinis, quam publica honestate provenit, ideò placuit, à suo vitrico invito, privignos alimenta exigere nō posse *d. l. si quis paterno:* Quòd adeò verum censeat Jas. in *l. si donaturus. g. S. si quis indubitum. n. 6. in ff. de cond. caus. dat. caus. non sequ.* quem sequitur Surd. *t. 6. q. 11. n. 4* ut vitricus non cogatur privignos in domum suam contra voluntatem recipere. Quæ omnia vera sunt, ubi de voluntate, & effectu vitrici constat, quid  
verò



verò in dubio præsumi debeat, & utrum vitricus potius affectu paterno, an verò animo repetendi alimenta præstitisse censendus sit, variant Interpp. Verior tamen videtur, & à Dd. magis communiter approbata sententia, quod in dubio vitricus præsumatur aluisse, animo repetendi. 1. Quia donatio procedit à benevolentia, & non solet fieri, nisi in personam gratam. Licet verò nonnunquam in vitrico reperiat affectus paternus. *d. l. si paterno.* Unde quandoq; ipsi tutela privigni committitur. *l. f. in pr. ff. de cont. jud. tut. l. nonnunquam ff. de Adopt.* tamen præsumitur plerūq; odium habere privignos *arg. l. non est ff. de inoff. test. l. i. C. ubi pup. educ. deb. Cravett. Consil. 142. n. 18. Mascard. de probat. Concl. 531. n. 61. Menoch. de A. J. 2 cas. 168. n. 10* Ergo in vitrico non potest præsumi animus donandi, sed à privigno est probandus. Rectè tamen hoc limitatur & vitricus alimenta repetere non potest. 1. Si consuetudo Civitatis vel regionis illud suadeat. Eguin. Baro in *l. Nefennius. ff. de Neg. gest. Grammat. decis. 102. n. 27.* uti de jure regio in Hisp. testatur Ant. Cordub. de Lar in *l. si quis. S. si mater. n. 67.* 2. Si privignus erat alendus à matre, tùm enim vitricus magis matris negotiū gessisse videtur. 3. Si filius erat in servitio vitrici, dummodo operæ sint æquivalentes alimentis præstitis. Aret. *cons. 148. in f.* alias enim justius est compensationem fieri tantummodo pro rata servitiorum. 4. Si impensa sint modica. Johan. Gars. de *Expens. S. mel. c. 4. n. 24.* Et 5. concurrant ex persona vitrici & privigni aliqua præsumptiones animum donandi arguentes. Vid. Petr. Surd. *t. 6. q. 11. per tot. Coler. L. i. c. 4. n. 3. S. L. 3. c. 5. n. 22. S. seqq. Dis. Joh. Bapt. Pont. de alim. c. ult. n. 2. (e)* Filii spirituales sunt quos ex sacro baptisate levavimus. Schneidvv. *ad pr. J. de Adopt. n. 4.* Hos exemplo adoptivorum alendos esse Bl. in *Auth. Nise rogati n. 19. C. ad Trebel.* voluisse videtur. A qua tamen sententia Cordub. *ad pr. l. si quis. n. 19. Coler. L. i. c. 4. n. 17.* optimis rationibus recedunt. Quia hæ spirituales cognationes, amore Dei, & amicitia causa contrahuntur, nec hoc agunt spirituales patres, ut alendi filij spiritualis onere sese adstringant. Actus verò agentium non debent, operari ultra ipsorum intentionem. *l. non omnis. ff. si cert. pet.* Qualis ergò filius, tale erit quoq; alimentum, h. e. sollicitus sit pater spiritualis, ut filii isti in doctrina Christiana, quam in baptisate per fidejussorem professi sunt, adolescant, quod fiet si sedulo admoneant ipsos, ut castitatem custodiant, justitiam diligant, charitatem teneant, ante omnia verò Symbolum Apostolicum & Orationem Dominicam ostendant & doceant. *c. hos ante omnia 105. de Consec. dist. 4.* Vid. Petr. Greg. *L. 45. Syntag. c. 5. n. 3.*

#### VI.

Ex his quibusdam, veluti spuris, incestuosis, adulterinis tantum ad necessitatem a præstanda sunt alimenta: Quorum nomine veniunt cibus, potus, vestis, habitatio, lectus, ligna ad calefaciendum hypocausum necessaria b, item medicamenta c sumtus in magistrum faciendi d tandemq; expensæ funeris. e.

(a) Sine ulla dignitatis & facultatum consideratione r. per cap. *sum haberet in f. sibi necessaria subministrat extra de eo qui dux. in matr.*

B 2

2. Quia



2. Quia ad ipsos paternæ familiæ dignitas non derivatur. *l. lex natura. 2. 24. de stat. hom.* neque ipsi dignitates obtinere possunt. *l. 7. C. de dignit. L. 12. c. 3. de filiis presbyt.* 3. Quia illis debentur alimenta ex commiseratione *d. c. cum habet.* Quibus verò ex commiseratione debentur non dantur secundum dignitatem, sed necessitatem tantum *arg. l. quisquis. §. filius. ad L. Jul. Majest.* Et hanc sententiam communiter à Dd. receptam esse testantur Cordub. de Lar. ad *§. idem rescriptit. n. 49. d. l. si quis. de agn. & al. lib.* Vid. Coler. *L. 2. c. 2. n. 5.* Nisi consuetudine aliud sit receptum, prout de principum spurii fieri testatur Cravetta. *Conf. 958. n. 47.* Hinc legatum spurio, vel ex alio punibili complexu procreato, relicto non est validum, nisi quoad quantitatem alimentorum & quod excedit rescatur, relicto eo quod sufficiat. Vid. Pontan. *c. 2. n. 10* Coler. *L. 1. c. 3. n. 41.* Cordub. ad *§. idem rescriptit. n. 59.* Gail. *L. 2. Obs. 88.* ubi idem de dote filii spurii constitutum affirmat. Vide etiam Rol. Passaq. de ult. volunt. *Rub. 19. n. 6. & 7.* Matthes. de success. ab intest. *memb. 3. art. 1. n. 18.* Quanta verò & qualia alimenta ad vitam necessaria sint, boni viri arbitrio relinquendum esse rectè docet Cordub. de Lar. ad *§. idem rescriptit. d. l. si quis. n. 49.* post. Accurs. in *Nov. 18. c. 5. verb. legitima.* Emilian. *Conf. 146. n. 6.* (b) *l. victus. 43. de V. S. l. quos nos 234. §. ff. Eod. l. legatis. 6. ff. de alim. vel cib. leg. l. qui penum. §. 3. & §. ligna. ff. de pen. leg. (c) l. cetera. 44. de V. S. l. si cum dotem. §. sin autem in sevisimo. ff. solut matr.* ubi particula ET non diversa conjungit, sed genus per speciem explicat ut in *Rr. C. de servit. & aq. cum similib.* Cordub. ad *§. non tantum. d. l. si quis. n. 28.* Coler. *L. 2. c. 1. n. 4. & seqq.* cum quibus convenit, quod Scip. Gentil. in *libell. de Alim. c. 2.* ait pro re & qualitate alimentarii nihil absurdi esse dicere medicamenta victus vocabulo contineri. Et hanc sententiam in subjecta materia ubi de alimentis ratione sanguinis, præstandis, agimus de plano & absq; dubio procedere post Br. in *l. qui filium. in 1. lect. ff. Ubi pup. educ. deb.* Jas. in *l. cum hi. §. qui transigit ff. de Transact.* testatur Fr. Viv. *L. 1. Opin. 144. n. 1.* Porro distinctio Dd. inter sumtus medicinæ causa faciendos parvos & magnos, huc non pertinet. Cordub. Coler. *d. loc.* (d) Non artium liberalium, sed alterius cujusdam artis, puta manuarie ex qua alumnus victum suum aliquando honestè queat comparare. Liberalibus namque artibus non ad necessitatem solum, sed & decorem magisq; publicam quam privatam utilitatem instituiuntur. Alciat. in *Orat. Ferrar. habit. in pr. (e)* Qui viventi de alimentis & ægrotanti de medicamentis tenetur prospicere, is non immerito jam defunctum funerandi onus agnoscere debet. Verbo enim victus omnia ea, quibus tuendi curandivè corporis nostri gratia utimur, significantur. *l. & cetera. 44. de V. S.* Expensæ autem funeris ad curandum corpus requiruntur *l. 37. de relig. & sumt. fun.* Ergo expensæ funeris, victus & per consequens alimentorum verbo continentur. Vid. *l. in patrem. 21. l. quod si nullo de relig. & sumt. fun. l. si filius fam. 31. §. qui servum. ff. d. t.* Coler. *L. 2. c. 1. n. 12.*

## VII.

Reliquis autem, jam enumerata omnia, sed non quidem ad necessitatem solum, verum quoq; ad decorem, habi-



ra ratione dignitatis familiae, & facultatum. *b* Præter ista autem, si ea sit personæ nobilitas, ut famulis egeat, etiam illis alimenta & salaria præstanda & si pedester filio non liceret pro dignitate vel corporis infirmitate incedere, etiam equum alere debet parens. *d* Professionis præterea respectus erit habendus in alimentorum præstatione, ut & quæ pro animi decore & ornatu sunt exhibenda præceptoribus, præstentur ut filij imbuantur doctrina & bonis moribus, juxta gradus personarum. Hinc pater tenetur filio ad studiorum expensas *e* ac librorum *f* & doctoratus. *g* An autem tenetur æs alienum à filio studiorum causa contractum solvere? affirmatur. *b* Denique commodius quam ut in thesi exprimi possit, vir bonus pro diversitate circumstantiarum, familiae, & loci consuetudine, quomodo alimenta nec nimis indulgenter & obsequiosè, nec nimis strictè & angustè sint decernenda determinabit. Cujus proinde hoc committendum est arbitrio. *i*

(a) *l. Si quis. §. non tantum. ff. de agnosc. §. al. lib. l. i. §. mulier. l. habitatio. ff. de vent. in poss. mit. l. pen. pr. ff. de alim. §. cib. leg. Menoch. L. 4. præf. 157. n. 18. §. A. J. Q. L. 2. Cas. 169. n. 3. Cordub. de Lara in §. sed si filius. d. l. si quis. n. 43. hinc vestes quoque præciosæ, pro ætate & dignitate filii præstandæ, nec conditio ejus solum ex præsentis statu cum eget æstimanda, sed & dignitatis ratio habenda est. Paupertas enim ipsa quidem vilis est, sed tamen non vilem faciat hominem, si integræ inculpataeque vitæ sit. *l. humilem. C. de incest. nupt.* uti rectè contra quosdam defendit Cordub. de Lar. ad §. non tantum. n. 16. Vid. Surd. t. 4. q. 18. n. 1. §. 5. (b) *l. si quis. §. sed si filius. vers. aditi. ff. de agn. §. al. lib. arg. l. 2. §. f. ff. ubi pup. educ. deb. nec tenetur pater ultra quam facere potest. Pont. cap. 11. n. f. b. e. ne ipse egeat, quamvis dignitas filij fortè majores sumtus requirere videatur. Ordinaria enim charitas incipit à seipso. Facultates verò metiendæ sunt non ex valore patrimonii, sed ex redditibus qui sunt interdum tenues in rebus maximi valoris. *l. i. §. 20. ff. de vent. in poss. mitt.* Vid. Pont. c. 7. n. 1. Gars. de Expens. §. mel. c. 4. n. 18. Nec regulariter pater cogitur proprietates suas vendere & exinde filio alimenta præstare deficientibus fructibus, nisi summa urgeat necessitas, Joh. Petr. Surd. t. 4. q. 9. n. 9. §. 12. Quamvis autem contra redditus essent immensi non tamen pariter alimenta in immensum, sed pro qualitate personæ sunt præstanda. Pontan. c. 17. n. 26. Vid. Cordub. in §. sed si filius. n. 55. §. seq. (c) *l. habitatio. ff. de vent. in poss. mitt. l. tutor secundum. 13. ff. de admin. tut.* Quam sententiam dicit perpetuè menti tenendam.**



mendam Br. teste Cordub. ad §. *sed si filius* n. 49. (d) Pontan. c. 7. n. 3. Cordub. in  
 §. *non tantum* n. 26. & seq. cum. *ibid.* alleg. Joh. Petr. Surd. de *alim.* t. 4. q. 8. n. 1. & 2.  
 arg. l. *idem* g. §. *Labeo*. ff. *mandat* ex qua Bl. notat, quod in eo qui ob conditionem  
 suæ personæ non potest ire pedes, equi sint pars alimentorum (e) juxta l. *de bo-*  
*nis*. §. *non solum*. de *Carbon. edict.* l. *qui filium*. ff. *lib. pup. educ. deb.* & l. *ius alimen-*  
*torum* §. *item ad instructionem*. l. *officio*. 2. in *pr.* ff. *Eod.* Quamvis Petr. Surd. t. 4.  
 q. 6. n. 6. & 7. sumtus studiorum non virtute obligationis de alendo, sed ex alia  
 obligatione separata præstandos esse contendat, tamen cum in proposito ali-  
 mentorum appellatio, continet ea omnia, quæ ad vitam benè peragendam  
 sunt necessaria, idèd hos sumtus rectè inter alimenta referunt, Pontan. d. 7.  
 n. 4. Cordub. in §. *non tantum*. n. 31. Coler. L. 2. c. 1. n. 9. Et ipse Surd. in f. n. 7.  
 fatetur in consulendo & judicando non esse ratum discedere ab hac opinio-  
 ne. Unde Br. in l. *quidam cum filium*. 132. de *V. O.* in terminis ponit referente  
 Surdo d. lo. n. 5. quod filius possit petere à patre ut faciat impensam necessariam  
 in conducendo magistrum. Quod tamen ita intelligendum est, si filius est per-  
 sona docilis, & disciplina convenit ejus conditioni, & facultates patris id fe-  
 rant. Surd. d. loc. quibus addendum putamus cum Garf. c. 4. de *Expens.* & Mel. n.  
 3. si filius quoq; proficiat in studiis. His præsuppositis procedit nostra assertio  
 non tantum in studiis necessariis, sine quibus homo secundum consuetudi-  
 nem, & conditionem suæ personæ, vivere non potest, sed etiam in illis disci-  
 plinis, quæ apprehenduntur ad bene esse, ut quis sit honoratior & splendidus  
 possit vivere. uti eleganter deducit Cordub. in §. *non tantum* n. 25. & ex eo Surd.  
 t. 4. q. 6. n. 8. & 9. Ascan. Clem. c. 6. Eff. 17. n. 38. (f) Ita gl. in l. *Macedoniani*.  
 C. ad *SCtm. Macedon* quod filio moranti in studio non solum alimenta pater  
 dare tenetur, sed etiam libros emere debeat, & ad id per judicem compelli  
 possit, Ascan. Clem. de *P. P. c. 6.* Eff. 17. n. 39. Vid. Garf. de *Expens.* c. 4. n. 6. (g) Glo-  
 ria enim & lætitia patris est scientia filij. c. 1. §. *generaliter*. N. 81. c. *sta. subject.*  
*dist.* 95. (h) Censetur enim in rem patris versum arg. d. c. 1. Si modo filius in  
 mutuando non excessit modum, id est eam quantitatem, quam patris pietas  
 non recusasset. V Vesenb. in *Parat. ff. de SCto. Maced.* in f. Ascan. Clem. de *Patr.*  
*Potest.* c. 6. Eff. 17. n. 34. Diss. ex parte Petr. Surd. t. 4. q. 6. n. 11. dum vult adtrin-  
 gendam summam ad quantitatem quam pater domi expensurus fuisset. Nec  
 locum sibi vendicabit SCtum Macedon. l. *Item si filius*. §. *quod dicitur* 13. ff. de  
*SCto Maced.* l. 5. C. *Eod.* V Vesenb. d. loc. Vid. Gomel. 2. *resoluti* 5. n. 2. Zanger.  
 de *Except.* part. 3. c. 12. n. 12 & seqq. Joh. Guter. in *repet. Auth. Sacrament. puber.*  
 n. 71. & seq. An vero præsumatur in dubio filius pecuniam in causam studio-  
 rum in pendisse? Humanior videtur affirmantium sententia. 1. Cum quilibet  
 præsumatur bonus, & nemo jactare suum. 2. Arg. l. f. in f. C. ad *SCtum Maced.* ubi  
 ex præsumptione omnis miles non creditur in aliud quicquam pecuniam acci-  
 pere & expendere nisi in causas castrenses. Quæ præsumtio æquè & magis mi-  
 litat in militibus togatæ militiæ, vel studiosis, quorum scientia magis quam  
 furor bellicus, emollit mores nec sinit esse feros. Menoch. L. 3. *pres.* 68. n. 5.  
 Cessat tamen hæc præsumtio ubi filius nihil profecit in studiis, præterquã e-  
 nim quod contrarium huic præsumptioni ostendat effectus, non quoq; sufficit  
 ut pecunia in rem patris versa esse dicatur, bonum consilium, sed requiritur  
 insuper eventus. Vid. Zang. de *Except.* p. 3. c. 12. n. 1. (I) Menoch. l. 2. de *A.*  
 I. 2. *Cas.* 169. n. 3.

Quam-



Quamvis autem parentes ex pietate affectuq; pater-  
no liberis alimenta plerunq; præstent, a quia tamen non-  
nunquam contigit, ut falso instimulati, vel novercalibus  
delinimentis, instigationibusq; corrupti, malignè circa  
sanguinem suum inferentes iudicium, officium facere de-  
trecent, b Ideo Jus Civile filio succurrit, & ipsi c permit-  
tit, ut eo casu iudicem competentem d adeat e ejusq; officii-  
um imploret f. Iudex verò debet causam summarie cognos-  
cere: g & in dubio sententiam pro alimentis ferre. b Cui si  
pater parere nolit, pignoribus captis & distractis coget e-  
um sententiæ satisfacere. i

(a) Qui naturalem erga liberos charitatem non curat videtur habere mor-  
bum cerebri & defectum rationis secundum Bl. Brunon. à Sole quasi. leg. 50. n.  
16. (b) l. 2. & 3. ff. de inoff. test. præsertim quando de spuriorum alimentis tra-  
ctatur. Imò est adhuc hodie multorum hominum ea perversitas, ut quod de  
Megarensibus jam olim dixit Diogenes teste Ælian lib. 12. var. Hist. c. 56. prom-  
tiori animo diligentiori q; cura pecudes quàm liberos educare nò erubescant. (c)  
Quod de filio dicimus, idem etiam in filia procedit, quin matri quoq; nomine  
liberorum experiri conceditur. l. si competenti 3. C. de alend. lib. Neq; hic sexus  
habetur ratio, cum enim mulieres propter annonam publicam agere possint.  
l. 3. in fin. ff. ad L. Jul. de Annon. & nutrix alumno suo alimenta petere possit.  
l. f. ff. pro derelict. multò magis foeminam admittendam esse, si propria velli-  
berorum alimenta persequatur, explorati juris est. Joh. Bapt. Pont. c. 2. n. 22.  
Coler. L. 3. c. 3. n. 7. ubi insuper quemlibet ex populo admittendum esse pro-  
bant. (d) l. competens. cum l. seq. C. de alend. lib. Quis verò dicatur iudex compe-  
tens dubio non caret. Joh. Bapt. Pontan. de Alim. c. 2. n. 23. docet. Idoneum iudi-  
cem futurum eum quis sit competens filii de cujus alimentis agitur. Sed cum hæc  
sententia juris rationi repugnet, neque ullo tex. comprobetur, communiter  
rejecitur. Præsupposito ergo quod secundum regulam, actor sequatur forum  
rei, ulterius dubitatur, utrum Ecclesiasticus an verò laicus iudex in hac alimen-  
torum causa sit competens? Et nullibi nisi coram iudice Ecclesiastico peti ali-  
menta posse & debere, præsertim ubi filius actor est spurius docuit Aretin. Cons.  
48. Alij inter quos est Johan. Lupus de Palat. Rub. ad c. per vestras not. 2. n. 19. ex-  
tra. de donat. inter vir. & uxor. Cord. de Lar. in l. si quis ad pr. n. 39. & s. idem re-  
scripsit n. 78. liberum promittunt filio utrum iudicem Ecclesiasticum an v. secu-  
larem adire velit, nam & iudicem Ecclesiasticum laicos compellere posse, ut a-  
limenta præstent, probant ex c. significantibus. de Off. & pot. deleg. Quæ quidem  
sententia procedit si persona agens sit actu miserabilis, vel opprimatur, vel ju-  
dex laicus sit negligens, secundum alleg. tex. Ad excludendas tamen exceptiones,  
quæ inde desumi possunt, veluti, quod agens non sit miserabilis persona vel non  
oppressus, tutius & consultius esse arbitratur Coler. ut is cui alimentorum à lai-  
co petendorum jus competit, potius seculare quam Ecclesiasticum iudicem adeat.



Illius enim jurisdictio fundatur non tantum, ratione subjectionis fori, sed & ratione rei petita, siquidem ubi summarie res tractatur, ut fit in causa alimentorum non est iudici laico interdictum de spiritualibus cognoscere vid. Coler. L. 3. c. 7. n. 12 & seq. (e) Ad hoc tamen filius non temere neque facile prorumpere debet, sed omnia prius experiri, ut meritis & obsequio potius parentis animum leniat & ejusdem affectum paternum sibi reconciliet, sedulo memor quarti precepti, ne ob qualemcunq; tenacitatem vel duritiam patris, aliquid honori eidem debito detrahat, atque gravissimam numinis divini vindictam incurrat, perdens salutem animae, corporis alimenta nimis rigorose exigendo. Quod si precibus & obsequio nihil efficere possit, sed necessitas ipsum auxilium & officium iudicis implerare cogat, omnia moderate agat, parenti reverentiam servet, & hoc meminerit, patrem etiam si legum contemtor & impius esset, tamen patrem esse. Nov. 12. c. 2. (f) An praetor sive magistratus possit nemine petente de alendis liberis statuere, atque in hoc casu officium suum non imploratum impertire? Aff. Cord. de Lara in S. Utrum n. 11. d. l. si quis. 1. Arg. l. Divi. 89. in pr. ff. ad L. Facid. ibi ad curam suam revocaturum praesidem. & c. 2. Quia iudex etiam non requisitus debet miserabilibus personis impertiri officium suum, l. nec quicquam §. Advocatos ff. de Off. procons. l. sancimus. 28. §. 1. C. de Admin. tutel. 3. In causis piis debet iudex etiam non requisitus officium suum interponere. c. si quis 11. Nov. 131. Tiraq. tr. de priv. pia. caus. privil. 152. Atqui alimenta pauperum referuntur inter pias causas Vid. Coler. L. 2. c. 7. n. 3. & seq. Erg. (g) l. 2. ff. de feriis l. si quis. §. si vel parens. de agn. & al. lib. Marant. in specul. part. 4. dist. 9. n. 168. Ascan. Clem. L. 3. c. 11. Cordub. de Lar. in S. si vel parens. n. 1. & 2. Non tantum quoad processum ordinem, sed etiam quoad modum probandi. Hinc diebus quoque feriatis de alimentis praetor cognoscit. l. 2. de Fer. sufficit unica citatio, sufficit qualis qualis petitio, dummodo talis sit, quae non impediatur reum conventum, quo minus possit deliberare utrum cedere, an contendere debeat. De quibus omnibus eleganter Coler. L. 3. c. 2. per tot. (h) l. sed si is. §. an autem. vers. nec mirum ff. de Carbon. Edict. Forcat. in pen. jur. c. 28. Qualem vero sententiam feret ne habeatur pro incerta? sufficit si pronunciet, ali oportere Coler. L. 3. c. 13. n. 3. nisi forte petitio in libello facta aliud suadeat, sententia enim debet esse conformis libello. Sed an etiam voluntati consentientium litigatorum? Veluti si alimenta petens iudicem adeat coram quo postquam ambo comparent, convenit inter ipsos, ut pater dando certam summam pecuniae ab onere filium alendi plane liberetur? Et quamvis alias iudex voluntatem litigantium sequi debeat. l. si convenit. ff. de Re judic. tamen aliud est in alimentis jure naturae debitis. Proinde licet iudex talem sententiam dixerit, si tamen filius egeat & propter morbum aliumve casum necessaria acquirere nequeat, non obstante sententia vel transactione, pater denuo est compellendus, ut filium alat, Coler. d. c. 13. n. 7. Porro quando summarie & de plano sine figura iudicii in alimentorum causis proceditur, nihil interest, utrum iudex talem sententiam ex breviculo recitet, an vero ore tenus saltem pronunciet, actorum a reo ali debere, item utrum stando vel sedendo, die, vel noctu pronunciet. Has enim ordinarii processus so-

lemnita-



lennitates excludit alimentorū necessitas. Vide de his latè Color. L. 3. c. 14.  
(i) An beneficio appellationis sententiam suspendere potest ab effectu rei  
judicatae? Neg. adè ut iudex à quo, non attenta appellatione inter posita  
sententiam suam exsequi possit, nec executio interim facta prætenu at-  
tentatorum revocetur, licet superior iudex inhibitionem miserit inferio-  
ri. l. si res dilationem. 7. pr. ff. de Appel. recip. l. si instituta. 27. §. 3. ff. de inoff. te-  
stam. Menoch. L. 1. Præsumt. 32. n. 19. Ioh. Bapt. Pont. c. 19. n. 5. Coler. L. 3. c. 15.  
per tot (k) text. express. in l. si quis. §. si quis ex his. ff. de agn. & al. lib. Quod a.  
de distrahendis pignoribus dicitur semper necessarium non est, si enim ad-  
sint fundi, vel res aliæ fructum annuum ferentes, tum potest iudex victori  
tantum assignare ex cuius redditibus sua manu alimenta percipiat. arg. l. Im-  
perator. 50. ff. ad Sctum Trebell. De termino intra quem executio fieri debet  
scribit Ulpian. in l. 2. de Re jud. quod tempus iudicati à lege aliàs constitu-  
tum non sit observandum Forcat. in Pen. jur. c. 28.

### IX.

Restat, ut videamus de Exceptionibus quibus alimen-  
torum petitio justè elidi potest. Harum 1. est si filius ali-  
unde habeat unde se alat. a 2. Si pater tanta paupertate  
premat, ut vix se ipsum exhibere queat. b 3. Si filius  
ingratus existat erga patrem. c Quibus quarto loco ad-  
dunt si partus sit monstrosus & contra formam ortus hu-  
mani natus. d

(a) Veluti si habeat bona Castrensia vel Quasi castrensia, item si te-  
neat artem, qua sibi victum & alia necessaria quærere possit. Dummodo ea  
valetudine sit, ut operis sufficere l. si quis. §. sed si filius ff. de agn. & al. lib. &  
artem quam tenet, honestè, atque salva dignitate familiæ exercere queat.  
arg. l. nepos Proculo. 125. ff. de V. S. Neq; enim nobili quantumvis arte aliqua  
mœchanicâ sit instructus, propterea à patre alimenta justè denegantur.  
Vid. Cord. ad §. sed si filius. n. 123. Coler. L. 1. c. 2. n. 18. & seq. Asc. Clem. de P. P.  
c. 6. ff. 17. n. 31. Item & is videtur habere unde se alat, qui habet personas  
Idoneas, quæ coguntur ipsum alere; Veluti si habeat patrem adoptivum de  
quo supra, vel filia habeat maritum, qui ex fructibus rerum dotalium eam  
aleret. An autem filio habenti res preciosas, nullorum penè reddituum, ut  
puta, catenas aureas, Scyphos argenteos, vel domum egregiè ad volupta-  
tem extractam atque exornatam, ex quarum pretio si venderentur exhi-  
bere se possit, pater alimenta justè deneget? anceps quæstio est. Nos cum  
Ant. Cordub. de Lar. ad §. sed si filius. l. si quis. n. 22. & seq. Coler. L. 1. c. 1. n. 18.  
& seq. affirmativam tuebimur. 1. arg. l. qui potest. de R. f. junct. l. si quis §. sed si  
filius. ff. de agn. & alend. lib. 2. Per l. 1. §. mulier. ff. de ventr. in poss. mitt. ubi ut  
alatur venter, distrahantur possessiones hereditariæ, nec cogitur mulier si-  
ve mater eum qui in utero est de suo sustentare. Unde apparet proprie-  
tates



tates diffrahendas esse, ut alatur rei dominus, nec cogi quenquam jure sanguinis alimenta præbere illi, qui habet possessiones, quibus diuactis & pecunia accessionibus ali possit. 3. Quia nemo debet locupletari cum alterius jactura *l. nam hoc natura. ff. de Cond. indeb.* 4. Interest Reipubl. ne quis re sua malè utatur. *S. sed major. in f. I. de his qui sui velut alien. jur.* Malè verò filius uteretur rebus suis, præsertim iis, quæ magis impendio onerant patrimonium, quam fructibus augent, si eadem in egestate obstinatè conservare, quam diffrahere, & ex pretio inde redacto seipsum alere mallet. Ergo &c. *Diff. alleg. à Coler. & Cord. per l. qui bonis. de Cess. bon. l. f. S. filii familia. C. de bon. qua lib. de quibus in ipsa disputatione videbimus. (b) argt. l. i. S. præterea. ff. de Tut. & rat. dist. l. si quis. S. ult. & l. pen. in f. ff. de agn. & al. lib. 2. Quia ordinata charitas incipit à seipso. l. præses. C. de serbit. & aq. (c) Ingratitudinis causas hinc intelligimus illas, ob quas filius ex heredari potest; comprehensas in *Nov. 115. c. 4.* An verò generaliter vera sit *Dd. conclusio*, quod ex quibus causis quis exheredari potest, ex iisdem quoque alimentis privari justè queat? Non putamus. Eas enim tantum exheredationis causas alimentorum denegationi accommodare æquum videtur, quæ istam naturalem consociationem, qua pater & filius invicem obligati sunt, lædunt; ut filius ejus legis, in quam committit, beneficium frustra imploret. *e. quia frustra 14. extr. de usur. l. ult. S. Sin verò. C. de Fur. delib.* Quid verò si filius resipiscat & poenitentiam agat? Respondemus eum non quidem jure stricto jus alimonie recuperare, sed ex gratia paterna ei necessaria præstanda esse, ne pater videatur nimis acerbè exercere suam, potestatem. *Vid. l. imperialis. 23. C. de nupt. c. ferrum 18. dist. 50. (d) Vid. l. non sunt ff. de stat. hom. l. quod certatum est. 2. C. de postum. hered. l. quarat. 135. ff. de V. S.* Quales non sunt quibus humana quidem forma perfecta, sed præter cæterorū naturam statura vel inusitata corporis magnitudine aucta, vel parvitate nimia inclinata est, item quibus partes, quæ homini abesse possunt salva substantia, veluti pedes, oculi &c. absunt. *Vid. Dauth. de Testam. n. 367. Lamb. Dan. L. 2. Et b. Christ. c. 13. Guil. Mayner, ad l. in obscuris. n. 22. de R. J.**

*ET tantum hac vice de alimentis à patre  
liberis præstandis.*

ORNA-





ORNATISSIMO ATOUE  
DOCTISSIMO VIRO-JUVENI  
DOMINO M. JOHANNI BLUMIO

*Amicorum suorum*

Coryphæo Iuridicè disputaturo ex  
animo gratulor.

**U**T circum Naphtham volat ignis, & ignea flamma,  
Mox illam accendit, quia causa absconditus ardor:  
Non secus & mentis, Verum quod quarit, acumen  
Accipit & raptat, latebras licet incolet atras,  
Non deest vis verbis, vide sis fervorq; vigorq;  
Ingenii id monstrat BLUMI, cui jura sequenti  
Non placet aut volupe est harere latenter in antris.  
Qualiter implumes volucres, crescentibus alis,  
Altius aërias semper tolluntur in auras:  
D.ctrina hinc semper sic cunctis alior annis  
Arrisit: quid enim delectaretur ineptus  
Serpere semper bumi, nec ad astra volare decora?  
Virtus quæq; perit, cæcisq; putrescit in oris,  
Quæ latet, è tenebris mens ingeniosa clarescit,  
Excellentis virtus non sola, fugitq; recessus.  
Hoc bene perpendens, Juvenis Doctissime BLUMI,  
Obscurum linguens antrum prelustria scandis

*Jus*



539  
Fus inquirendo benè pulpita docta cathedra  
CÆSARIS augusti lucido peltatus amictu.  
Hactenus ex tenebris tua gloria, lausq; decusq;  
Innotuit, clarum volitare per ora Virorum  
Hactenus expertum satis est; instigat ad altum  
Ardor succensus Genii veementius igni  
Nisi animum; euge tibi nomen sic lausq; manebit,  
Sic cœlum adscendes, & vertice sidera tanges.  
Ex animo hinc grator Tibi de tam munere magno!  
Haud cesses pressare viam, quam jus tibi monstrat,  
Et LEGUM tranare fretum, fretusq; favore  
Subsidioq; Dei, magnis insistere cœptis.  
Hisce vale, florèsce, viresce, vigesce beatè.

M. Johannes Langius Wittebergensis  
SS. Theologiae Studiosus.

FINIS.






Vb 17

ULB Halle

3


002 673 282



TA → OL









Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19  
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13



NO JURÍDICA

*P.A. 24*

*Pr. 31. num. 29.*

S LIBERIS,

MINIS AFFLATU,  
*Auctoritate*

FORUM ORDINIS,  
Albim Academiâ

ÆSIDIO  
*& Consultissimi*

NGI GROSII

romotoris & adfinis sui  
bservandi.

*lice*  
*um proponit*

BLUM WITTEB.

*Auditor. Jforum*  
*matutin.*



BERGÆ  
ica Johannis Gormanni.  
DC. XXIV.

